

18 GEOMETRIAE SITVS PRINCIPIA PHILOSOPHICA.

Similisne eorum usus in calculo situs obtineret, si vel pauca alia ad inueniendum signa ipsis noua adderentur!

Nec addam plura; sola enim superest functionis ratio, quam declarare et per hanc scribendi occasionem explere oportet. Nempe decretum est Collegio Philosophorum amplissimo, ut die xxx. Aprilis, futuri anni, summi in Arte Nostra Honores, qui sunt Doctoris Philosophiae et Liberalium Artium Magistri, tribuantur iis, quos digna laborum praemia et appetere, et sperare fas est. Quapropter Honorum Nostrorum Candidatos Reuerendos, Praenobilissimos, Doctissimosque, Philosophiae et bonarum artium cultores, ut nomina sua apud me, Decanum, profiteantur, et cum vitae laudabiliter actae, tum diligentiae in studiorum curriculo praestitae testimonium, exhibitis eam in rem speciminibus, accipient, humaniter inuito. Cetera Deus O. M. instantem solennitatem ad sui Nomini gloriam, ad Ecclesiae, Literarum et huius in primis Academiae decus, ad Candidatorum denique emolumentum, sapienter dirigat. P. P. Dom. post Natiu. Christi, A. R. S. 1781.

